

## De adiectiuis declinatione.

**De quinta** nominis declinatione. Quinta nominis declinatio positionem habet nominis unam tantum: et sunt huius declinationis nomina omnia feminina: propter quod hic dies pro solis ambitu diurno. et ab eo compositum hic meridies. Nam hec dies pro tempore multitudinis numero caret: quemadmodum et complura alia huius declinationis nomina. Sed cum duo huius tantum ordinis reperiantur integra in numero plurali, hic dies diei. hec res rei. placuit masculinum eligere: ex cuius similitudine reliqua omnia que feminina sunt: declinantur in his casibus quos habet. De triplici generis diuersitate libro sequenti differemus.

### Quinta declinatio nominis.

**N**ominatiuo hic dies. genitio diei. datiuo diei. accusatiuo die. vocatiuo o dies. ablatiuo a die. Plurali nominatiuo dies. genitio dierum. datiuo diebus. accusatiuo dies. vocatiuo o dies. ablatiuo a diebus.

### De adiectiuis prime et secunde declinationis

**N**ominatiuo bonus bona bonum. genitio boni bone boni. datiuo bono bone bono. accusatiuo bonum bonam bonum. ut o bone bona bonum. ablatiuo a bono bona bono. Plurali nominatiuo boni bone bona. genitio bonorum bonarum bonorum. datiuo bonis. accusatiuo bonos bonas bona. ut o boni bone bona. ablatiuo a bonis.

### Adiectiua tertie declinationis.

**H**ic et hec et hoc prudens. genitio prudentis. datiuo prudenti. accusatiuo prudentem et prudens. vocatiuo o prudens. ablatiuo a prudente vel prudenti. Plurali nominatiuo prudentes et prudentia. genitio prudentium. datiuo prudentibus. accusatiuo prudentes et prudentia. ut o prudentes et prudentia. ablatiuo a prudentibus.

**H**ic et hec breuis et hoc breue. genitio breuis. datiuo breui. accusatiuo breuem et breue. ut o breuis et breue. ablatiuo a breui. Plurali nominatiuo breues et breuia. genitio breuium. datiuo breuibus. accusatiuo breues et breuia. ut o breues et breuia. ablatiuo a breuibus.

**N**ominatiuo hic acer hec acris hoc acre. genitio acris. datiuo acris. accusatiuo acrem et acre. vocatiuo o acer acris acre. ablatiuo ab acris. Plurali nominatiuo acres et acria. genitio acrum. datiuo acris. accusatiuo acres et acria. vocatiuo o acres et acria. ablatiuo ab acris.

vocatiuo breuis ad masculinum et femininum pertinet breue ad neutrum. Eodem preterea modo in nominatiuo accusatiuo et vocatiuo pluralibus prudentes. breues. acres. masculini et feminina sunt prudentia. breuia. acria. neutris tantummodo iunguntur. Ablatiuus tantum cum duas habet terminationes. indifferenter utraque tribus generibus copulari potest: ut a prudente vel prudenti viro muliere animali. Quod vero in genitio plurali quidam dicunt prudentium vel prudentium. prudentum abscisum est prudentium. sicut celestium et agrestium a celestium et agrestium.

litudine reliqua omnia que feminina sunt: declinantur in his casibus quos habet. De triplici generis diuersitate libro sequenti differemus.

### De nominibus adiectiuis prime et secunde declinationis.

Nomina adiectiua aut sunt prime et secunde declinationis: aut sunt tertie, quartae et quinte sicut nullum est nomen grecum: ita etiam nec adiectiuum. Si sunt prime et secunde declinationis tres habent varias nominatiui terminationes in us. a. um. vel in er. a. um. ut bonus. a. um. tener. a. um. Itaque unus ponit huius ordinis exemplum. pro quod reliqua similia nomina et pronomina et principia declinantur. Si adiectiua sunt tertie declinationis aut declinantur per tres articulos et unam terminationem: ut hic et hec et hoc prudens aut per tres articulos et duas terminationes: ut hic et breuis et hoc breue. aut per tres articulos et tres terminationes. ut acer. hec acris. hoc acre. que posuimus quasi exemplaria reliquorum nominum pronominum et participiorum: que ad tertiam nominis declinationem referunt. Sed est aduertendum quotiens in uno casu due sunt terminationes. prioris generis esse masculini vel feminini. posteriorem vero tantum neutri: ut in accusatiuo prudentem. et breuem acrem communia sunt duorum generum. prudens vero breue acre generis sunt neutri. Eodem modo in